



SALA STAMPA DELLA SANTA SEDE **BOLLETTINO**

HOLY SEE PRESS OFFICE BUREAU DE PRESSE DU SAINT-SIÈGE PRESSEAMT DES HEILIGEN STUHLS
OFICINA DE PRENSA DE LA SANTA SEDE SALA DE IMPRENSA DA SANTA SÉ
BIURO PRASOWE STOLICY APOSTOLSKIEJ دار الصحافة التابعة للكرسي الرسولي

N. 0449

Sabato 18.09.2004

LETTERA DEL SANTO PADRE ALL'INVIATO SPECIALE ALLE CELEBRAZIONI DEL CENTENARIO DELLE "SETTIMANE SOCIALI DI FRANCIA" (LILLE, 24-26 SETTEMBRE 2004)

LETTERA DEL SANTO PADRE ALL'INVIATO SPECIALE ALLE CELEBRAZIONI DEL CENTENARIO DELLE
"SETTIMANE SOCIALI DI FRANCIA" (LILLE, 24-26 SETTEMBRE 2004)

In data 24 luglio 2004, il Santo Padre ha nominato l'Em.mo Card. Roger Etchegaray, Presidente emerito del Pontificio Consiglio della Giustizia e della Pace e del Pontificio Consiglio "Cor Unum", Suo Inviato Speciale alle celebrazioni del Centenario delle "Settimane Sociali di Francia", che avranno luogo a Lille (Francia) dal 24 al 26 settembre 2004.

Pubblichiamo di seguito la Lettera del Papa all'Inviato Speciale:

• LETTERA DEL SANTO PADRE

Venerabili Fratri Nostro

ROGERO S.R.E. Cardinali ETCHEGARAY

Socialibus quaestionibus magnum tribuit catholica Ecclesia momentum et pondus, quandoquidem peculiarem sane curam humano consortio colendo adhibere ipsa consuevit. Etenim suam usque eadem exhibet socialem doctrinam ut hominis agnita dignitas in lucem adspectumque proferatur ipseque, tum corporis habita ratione, tum spiritus, in eam societatem inseratur quae ad bonum commune obtinendum procedat.

Quod cum ita sit, saecularia iam appetit memoria Hebdomadarum Francogalliae Socialium. Quae sollertibus operantibus compositoribus, diebus XXIV - XXVI mensis Septembris Insulae praeclara in urbe agetur. Admodum ideo aequum est et convenit ut eventus hic congruenter recolatur et optimo iure extollatur. Commemoratio enim haec copiam dabit et facultatem insignes viros mulieresque conveniendi, qui suam ad novam Europam aedificandam, praeteritorum fastorum luculentam ob oculos habentes copiam praestantiamque, conferre operam studebunt.

Quocirca Francogalliae suffragantibus Fratribus Episcopis, spectabilis viri Michaelis Camdessus aliarumque

eximiarum personarum postulatis libenter subvenientes, ut eventus ille elatius evolvatur et luculentius, ad te, Venerabilis Frater Noster, cogitationem convertimus, illius perillustis Nationis inclitum filium, cuius consiliis operaque uti solemus et ipse idoneus occurris qui eventui illi intersis personamque inibi Nostram geras. Itaque permagna moti affectione, te **Missum Extraordinarium** renuntiamus et constituimus ad celebritatem quam supra diximus communicandam.

Universis igitur participibus mentem Nostram ostendes, ut novensilis Europa sui cultus humanitatisque liquidius agnoscat fundamentum christianamque hereditatem, quam maiores nostri nobis tradiderunt servandam et demonstrandam. Omnibus Nostro nomine auctoritateque Benedictionem Apostolicam impertias velimus, quae sit animorum renovationis signum et futuro de tempore superni iuvanis documentum.

Ex Arce Gandulfi, die XXI mensis Iulii, anno MMIV Pontificatus Nostri sexto et vicesimo.

IOANNES PAULUS II

[01440-07.02] [Testo originale: Latino]

[B0449-XX.01]
